

Ms W

Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

5 Fichier(s)

Les relations du document

Collection ** Hors collections **

[Ms M](#) a pour suite ce document

[Ms R](#) est une suite de ce document

Présentation

Mentions légalesFiche : Laurent Capron (Centre Jean Pépin, UMR8230, CNRS-ENS-PSL) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
Contributeur(s)

- Capron, Laurent (édition scientifique)
- Cucciniello, Maria Laura (édition numérique)

Informations éditoriales

Contexte géographique[Biblioteca Apostolica Vaticana](#) ([Città del Vaticano](#), Italie)

Description & Analyse

DescriptionPrésentation détaillée du manuscrit Vatican, Vaticanus Graecus 191 [[Diktyon 66822](#)], de son histoire, de son contenu et de ses caractéristiques philologiques.

Pour des raisons d'affichage des caractères, les symboles musicaux ne sont pas retranscrits.

Informations Bibliographiques (eMSG)

Titre	Auteur	Date	Lien
-------	--------	------	------

Ancient Greek music theory:
a catalogue raisonné of
manuscripts

Thomas J.
Mathiesen

1988

[Lien externe](#)

Εὐκλείδου Εἰσαγωγὴ
ἁρμονικὴ. Τοῦ αὐτοῦ
Κατατομὴ κανόνος =
Euclidis rudimenta musices.
Ejusdem sectio regulæ
harmonicæ. E regia
bibliotheca desumpta, ac
nunc primum græce & latine
excusa, Joanne Pena regio
mathematico interprete. Ad
illustrissimum principem
Carolus lotharingum
cardinalem.

Euclides

1557

[Lien externe](#)

Anecdota varia Graeca,
musica, metrica, grammatica

Wilhelm
Studemund

1886

[Lien externe](#)

Notice créée par [Laurent Capron](#) Notice créée le 15/05/2023 Dernière modification
le 05/02/2025

π. cum aqua infusa aut senio litterae palluissent, ubi enim
 (2) macula aliqua inspersa color membranae fuscus factus est,
 ibi nigerrimae eiusmodi litterae legenti occurrunt. a veteri-
 bus autem formis cum illa non differre manifestum esset,
 lectionum apparatus minutiis istis non impedivi.

Postremo Anonymi praecepta in margine inscripta nec
 a quoquam correcta sunt.

v. V et W est Vaticanus 191. bombye. fol. S. (XIII
 (3) aut) XIV. post mathematicorum aliorumque scripta continet

Gaudenti isagogen f. 287,
 Euclidem (s. Cleonidem) f. 292,
 Euclidis canonem f. 295,
 Aristoxeni harm. f. 297,
 Alypi tabulas f. 309,
 Aristoxeni rhythm. f. 314,
 Ptolemæi harm. f. 320,
 Diophanti arithmetica f. 361,
 " de polygonis num. lib. f. 393,
 Euclidis (Cleon.) isagogen f. 397,
 " sectionem canonis,
 nomina eorum qui leges XII tabb. tulerunt,
 de origine Constantinopolis.

De Gaudentio v. pag. seq. Aristoxenum autem huius co-
 dicis fluxisse e Marciano VI 3 iam Marquard demonstravit
 in Ar. p. XV—XXIII, nec aliter iudicabit quicumque ex iis
 comparaverit isagogen quam vindicamus Cleonidi. idem
 enim ibi est partium ordo p. 179, 6, concinit τὸ 1. 3 et 5,
 om. ἴσταν 1. 4, habent ποίαν τὰς ἐξ ὁρίων συγκείμενον 5,
 πρὸ τοῦ 8, concinit ἀπὸ 180, 15, τιθεῖσα 19, τὰς δὲ
 μεταβάσεις . . . διαστήματα 20, ὁξύνει δὲ 181, 4 om. βαρύ-
 της δὲ τὸ δι' ἀρίστων, habent τεταῖσθαι 6, καθαρῶν 8,
 om. δὲ 182, 4, om. eosdem sonos 184, 15 et 185, 8, enu-
 merant diatonos 186, 22. nec minus conspirant in Euclidis
 sectione, immo, quos posuit M protaseon numeros et
 asteriscos, ii redeunt in V. et diagrammatum quidem
 elegit V ea, quae altera manus pinxerat in M; haec summa
 diligentia transcribens omisit ubi agnoverat diagram-

mata priora. cum tamen in M exstissent veterum dia- v. grammatum reliquiae non apertae, quae quo spectarent (3) librarius ignorabat, irrepserunt hae in V. huc refero numeros ζ ιβ $\kappa\delta$ qui deprehenduntur in V et W, cum in M nunc erasi sint (not. ad 151, §). satis etiam clare elucet codicum necessitudo, ubi comparavisti tabulas Alypi; eosdem enim sonos omittunt (ut *neten syn. toni hyperphrygi*) signorumque formas exprimunt simillimas. ut *psi* et *hemialpha* 371, 13, *phi* et *eta* 19, *hemialpha* 373, 32, *digamma* 374, 5. quamquam extrema signa inde a tono *hypoeolio* in genere *enarmonio* V omittit solumque verborum contextum ad Marciani finem perducit.

Quod autem nunc *ὑπέρων* in V legas (ut 182, s. 183, 23s.), nunc *ὑπερών* (ut 182, 6s. 183, 3), et quodam loco *ὑπέρων* (184, 16), hoc admodum mireris nec causam invenias, nisi inspexeris cod. M. ibi autem cum ab initio fuisset *paroxytonon*, postea mutatum esset in *perispomenon*, quod quoque loco valere videbatur, id V fideliter expressit, semel etiam duos tonos recepit. hinc non solum unde natus sit V clare demonstratur, etiam quanta religione quidquid invenerat librarius transscripserit, manifesto declaratur. en codicis M testis, quo locupletior vel firmitior cogitari non possit! et verborum in M correctorum cum pars altera a V agnoscatur altera ignoretur, veteres esse illas correctiones (M²), has recentes (M³ M⁴) apertum est et luculentum. in Gaudenzio autem cum accentus vocabuli *ὑπέρων* non magis sibi constet quam in Euclidis libellis (p. 332, 14. 15 adnotavit Stud. scribi *ὑπέρων* idque repeti saepe, p. 349, 18 autem et 352, 6 et 353, 8 notat diversum accentum *ὑπερών*), hanc quoque partem librarium petivisse existimaverim e Marciano illo, qui olim videtur fuisse plenior.

Redeunt autem eodem in codice inde a fol. 397 post Dio- w. phanti doctrinam Euclidis illi qui feruntur libelli (*isagoge* et *canon*) ex alio autem fonte hausti. hanc partem Studemund non excussit, ut nisi Franzi schedas adhibuissem et diligenter examinassem, neglectae adhuc iacerent lectiones

W. optimae. Euclidis autem lectiones in W qui accurate in-
 (3) spexerit, proxime abesse videbit a Marciani forma anti-
 quissima. diagrammatum enim veterum quidquid mansit
 in M, id redit in W; eandem habes in prot. 2 lineam ad
 horizontem directam et inter eadem textus verba inscriptam,
 nec differunt diagrammatis reliquiae in prot. 3 delineatae,
 et ut factum videmus in M, ubi non vi aliqua veteres
 reliquiae erasae sunt, ut lineolae quibus magna linea divisa
 erat abierint in litteram; leganturque numeri a mathematica
 ratione alienissimi (id 17 19), id in W saepius etiam apparet
 (v. prot. 5 et 9). cum in IV protasi uterque omittat $\mu\eta$
 $\pi\omicron\lambda\lambda\alpha\pi\lambda\acute{\alpha}\sigma\iota\omicron\nu$, cum in demonstranda prot. VI easdem litteras
 omittant idemque habeant glossema, conspirentque in
 lectionibus $\tau\omicron\nu\eta\mu\iota\sigma\upsilon\nu$ 155, 15, $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}\mu\epsilon\sigma\omicron\nu$ 164, 16 al., in
 forma numeri $\mathfrak{D}$ quae abiit in ψ 158, 4, iidemque omit-
 tant $\epsilon\pi\iota\alpha\upsilon\tau\omicron\nu\eta\iota\sigma\omicron\nu$ 165, 11, dubitare nemo potest quin
 W et M¹ ex uno eodemque fonte manaverint. iam
 cum Marciani vetusti contextum ad Vaticani minoris
 exemplar exprimi nullo modo potuerit, nascitur quaestio,
 sitne hic textus ex illo depromptus an ad tertium quen-
 dam fontem utriusque origo revocanda. sunt autem haud
 pauca quae in iis differant, ut Marciani filius Vaticanus
 putari non possit. ut in libelli initio

$\epsilon\iota\eta\sigma\upsilon\chi\lambda\alpha\epsilon\iota\eta$ habet M ¹ ,	$\eta\sigma\upsilon\chi\lambda\alpha\varsigma\omicron\upsilon\sigma\eta\varsigma$ W,
$\omega\sigma\tau\epsilon\epsilon\pi\iota\epsilon\iota\delta\eta$	148, 6, $\alpha\tau\gamma\epsilon$,
$\tau\omicron\iota\omicron\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma$	149, 14, $\tau\omicron\iota\omicron\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma\lambda\omicron\gamma\omicron\iota\varsigma$,
$\xi\mu\alpha\theta\omicron\nu$	151, 9, $\epsilon\mu\acute{\alpha}\theta\omicron\mu\epsilon\nu$,
$\mu\acute{\epsilon}\sigma\omicron\iota\ldots\epsilon\mu\pi\epsilon\sigma\omicron\upsilon\nu\tau\alpha\iota$ 152, 2,	$\mu\acute{\epsilon}\sigma\omicron\varsigma\ldots\epsilon\mu\pi\epsilon\sigma\epsilon\iota\tau\alpha\iota$,
$\omicron\sigma\omicron\iota\delta\epsilon\epsilon\iota\varsigma$	153, 1, $\omicron\sigma\omicron\iota\delta\epsilon$ (Inc.) $\epsilon\iota\varsigma$,
$\eta\mu\iota\omicron\lambda\lambda\omicron\nu\kappa\epsilon\iota\kappa\tau\omicron\upsilon$	$\epsilon\pi\iota\tau\omicron\lambda\epsilon\iota\tau\omicron\nu\mu\omicron\omicron\lambda\omicron\nu\kappa\alpha\iota\eta\mu\iota\omicron$
$\epsilon\pi\iota\tau\omicron\lambda\epsilon\iota\tau\omicron\nu$ 154, 16,	$\lambda\lambda\omicron\nu$.

Quodsi p. 149, 1 universam sententiam in M¹ videris
 omissam, in W scriptam, facile concedes non ex ipso M,
 sed ex huius aliquo propinquo aut ipsum W aut huius
 archetypum esse profectum. quae cum ita sint, quamvis
 neglegenter W scriptus sit mendisque laboret non paucis,
 maxima tamen eius est dignitas et, ubicunque ex M prisca

lectio sublata est, ex huius auctoritate petenda sanatio. W. ita enim p. 152, 9, ubi omnes reliqui libri vocabulo $\alpha\gamma\alpha$ (3) inserta id concludentem faciebant Euclidem, quod posuerat in hypothesi (lineam $\delta\zeta$ lineae θ esse superparticularem), solus W dicit $\epsilon\pi\sigma\iota$, ut recte Euclides argumentetur.

Tanta cum sit huius auctoritas in verbis Euclidis restituendis, in Franzi collatione acquiescere volebam. quod vero Vaticani libros mense Augusto ipse adire non potui, Petersen instituti Germanici praefectus commovit Man, hominem doctissimum et in hac opera sollertissimum, ut Euclidis sectionem hoc cum codice iterum compararet. unum hac in re dolendum, quod protases 11—18 W omittit.

In isagoga autem quae una cum canonis sectione transscribi solebat, saepe hunc W agentem vidi cum Meibomi vulgaribus codicibus¹, ut ab initio haud ita magni existimarem. tamen et erat ubi congrueret² cum M. denique ubi discedentem hunc a M lectiones optimas nobis offerre vidi et in ipsis erroribus tamen sociorum dignitate commendari, etiam in isagoga has lectiones permagni aestimandas esse intellexi. cf. enim $\alpha\gamma\alpha\phi\omega\iota\nu$ illud, quod in omnibus libris legitur 181, 6, in W solo ad $\tau\acute{\alpha}\sigma\iota\nu$ et $\phi\theta\acute{o}\gamma\gamma\omega\nu$ recte revocatur, et $\omicron\upsilon$ $\pi\rho\acute{o}\tau\epsilon\rho\alpha\nu$.. $\kappa\epsilon\iota\tau\alpha\iota$ 197, 1, ac vide cum N B concordantem hunc fontem 190, 9. 203, 11. 206, 20. quae cum ita se habeant, ex eodem olim archetypo hunc W cum reliquis fontibus fluxisse dicemus, praestare autem lectionum dignitate et virtute. itaque quod horum M et W lectiones ubi concordabant semper si non veras, at antiquissimas duxi et codicum auctoritate maxime probatas, omnes profecto laudabunt; erunt fortasse qui huic Vat. plus etiam auctoritatis quam Marciano tribuen-

1 Vide varias lectiones p. 179, $\tau\epsilon\theta\epsilon\iota\tau\alpha\iota$ et q. seq. 180, $\beta\alpha\gamma\epsilon\tau\eta\varsigma$ — $\acute{\alpha}\nu\iota\sigma\tau\epsilon\omicron\varsigma$ et $\kappa\alpha\theta'$ $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\nu$ 181, $\epsilon\gamma\tau\eta$ 182, etiam in pessima lectione $\pi\acute{\iota}\mu\pi\tau\alpha\nu$ et $\epsilon\chi\tau\alpha\nu$ 194, 20.

2 In rebus perversis 184, 13 (om. $\lambda\acute{\alpha}\gamma$, $\delta\pi$), 186, 10 (om. $\pi\alpha\rho$), 22 (habet diatonos) 187, 18. 194, 18. 195, 11 et in dubiis 190, 1. 196—98 et in bonis, ut 196, 5. 198, 13. 200, 8. 201, 2.

W. dum contendant. scholiis ut laborabat M, ita ne W qui-
(3) dem liber est.¹ Rhosum autem isagogen illam hausisse
dicemus e codice, qui ad hunc W proxime accederet², ipso
W eum usum esse negabimus, quia habet 194, 7—9 quae
W omittit.

Excusserunt V fol. 287—96, 309—313 Studemund,
292—96, 314—19, 397 ss. Franz, 400 ss. Mau.

n. R = Vat. 198. chart. in 4^o. S. XV in. aut XIV. in-
(4) sunt Ptol., Porph. (ἐπιμνημα εἰς τὸ α καὶ β τῶν ἀρχ. Πτ.)
Nicom., Bry. — Hic etsi aetate inferior videtur Marciano,
lectionibus praestat. cf. 237, 8 ὁ περὶ τῶν ἐν, 12 φροντίδι,
241, 9 ὄγκους, 248, 17 ἀπαράλλακτον, 258, 12 ἀνωθεν ἐπεξῆς
quae ille solus exhibet, et 242, 11 περὶ, 253, 18 πάλα,
256, 20 σζῆ ubi cum B concinit. etiam 249, 11, ubi ferri
posse ἡ . . σύστημα alii negabant, hic vera sustinet ad-
iutus a Iamblichio qui saepius cum eo concordat (247, 12.
248, 14 al.). mendis tamen cum ipse quoque laboret (236, 17.
238, 12. 19. 239, 21 et cet.), omnia ad huius unius auctori-
tatem revocare non potui. correxit alter librarius (R²)
246, 1. 247, 10 (διπλασίῳ — βάρη) 252, 2. 256. 259, 5. 9.
eiusdem sunt familiae Neap. III C 3, Par. 2531. ex-
cusserunt Franz et Studemund.

Reliquorum codicum quamquam multos — in Britannia
potissimum qui servantur — parum novimus, tamen quid-
quid de iis inveni huc conferam. ordinem autem con-
stitui ad urbium nomina.

A. Argentorati nihil nunc existit: codicem autem Ari-
(5^a) stoxeni qui olim erat excussit Ruelle. lectiones v. in Arx.
ed. Westphal-Saran (1893 Abel) p. OII.

Angustae Vindelicorum qui fuerant Monachium trans-
lati sunt. (infra 68. 69.)

¹ Vide 181, c. 187, 20. 191, 2. 194, 10. 187, 8 hic addit
διότι τὸν καὶ τὸν καὶ ἡμῶν. eadem habet Mon. 104,
Meib. affert e Penn et e mg. Cov. et Barocc., habet et Lips.
mg. item Par. 2456.

² Attende ea quae p. XXVII in ann. 1 enumeravi facile-
que augere possum. Lips. 95 ex hoc videtur correctus esse.